


D. IO. DAVIDIS SCHOEPF  
SEREN. MARGGRAV. BRAND. ONOLD. ET CVLMB.  
MED. AVL. ET MILIT. COLL. MED.  
MEMBR.


MATERIA  
MEDICA  
AMERICANA

POTISSIMUM  
REGNI VEGETABILIS



---

ERLANGAE  
SVMTIBVS IO. IAC. PALMII  
MDCCLXXXVII.



Ne sylvae quidem, horridiorque Naturae facies Medicinis carent, sacra illa Parente rerum omnium nusquam non remedia disponente homini, ut Medicina fieret etiam solitudo ipsa. — Hic nata Medicina. — Haec sola Natura placuerat esse remedia *parata vulgo, irventu facilia, ac sine impendio.*

PLIN. *Nat. hist.* XXIV. I.



## P R A E F A T I O .

---

**S**uperfluum forte me suscepisse laborem, colligendo Materiam Medicam Vegetabilem Americae Septentrionalis, qui objiciant non derunt. Dum enim, recentiori nostro aevo, in tam multiplicem varietatem creverit apparatus medicamentorum, et clarissimi nostri temporis viri omnem conferant operam, ut pharmacopolia pondere superfluorum inutiliumque liberentur, nova ex altera parte continuo proponi laudarique, aequae faepe inertia ac futilia, plurimi, et jure quidem, conqueruntur. Ne gravius itaque illorum judicium incurram, paucis propositi et originem et rationem explicare necesse videtur. Per septem fere annos in variis Americae Septentrionalis partibus degens, quod reliqui temporis horarumque subsecivarum habebam, rei herbariae Studio destinabam. Sollicitus autem, ne omnino inutili quasi curiositate tempus contere-

rem, in proprium usum annotare coepi illas plantas americanas, quae minus adhuc cognitae quoad vires essent et usum. Idem feci, cum postea, pace restituta, Provincias Americanas australiores, Terram Marianam nempe, Virginiam et quae his adjacent Montium juga, utramque Carolinam, Floridam et Bahamenses Insulas visitarem; sedulo abique quaeritavi, quatenus stirpium indigenarum in medicos usus verterentur, et quaecunque sciscitanti mihi a Medicinae Practicis, Empiricis, ruricolis, immo et vetulis, indicatae vel monstratae fuere plantae, eas omnes consignavi, et quidquid de viribus illarum eruere potui, adjeci. Sic tandem factum est, ut catalogum Simplicium longum haberem, inter quae varia omnino nova, vel paucis tantum vulgata, alia autem iam magis cognita essent. Non potui non mirari divitias, quas Optima Natura Americam inhabitantibus dedit, et liberalitatem insignem, qua ad morborum sat validum exercitum profligandum, omnia, vel *maxime necessaria quidem* adjumenta, regionibus illis longe lateque extensis subministravit; simul autem dolebam, tam multa et incomparabilia medicamenta indigena et euporista, in ipsa illa America neglecta fere, vel paucioribus tantum familiaria esse incolis. Plurimi enim, Medicinam in America exercentes, ceterum eruditi et laude digni Viri, cum vel in Scholis europaeis, vel etiam in Collegiis quae in America extant,

Artis

Artis Machaomae rudimenta posuerint, Materiam Medicam suam tamen secundum usitata (Medicorum Europaeorum) compendia edocti sunt; et sic, viam tritam prosequentes, negligunt qui per singulas suas provincias frequentari solet, domesticum simplicium apparatus, et uti ubique fere mos est, ab exteris desiderant, quibus maxime abundant. Varias huius incuriae assignari debent rationes. Displicet aliis pomposa Medicaminum farrago, et selectiori praestantiorum apparatus sese adstringentes reliqua omnia spernunt. Alii infra Medici dignitatem esse putant, euporistas et indigenas adhibere medicinas. Tritam denique deserere viam alii nolunt, alii nesciunt, novarumque rerum periculum facere non quilibet audent, facilius enim creduntur, quae a Magistro, ut experta proponuntur, et quae cum antiquitate veritatis sigillum habere iudicantur. Cum primis autem denominatis modo rationibus addere debemus, neglectum hucusque, inter Americanos, studium historiae naturalis, et Botanices in specie. Hujus enim perterriti difficultate, nobilissima vilis justo pendebatur scientia, quae nunc tantum magis magisque adamari incipit. Commoda inde precipienda non equidem fugiebant Viros boni publici studiosos, qui multis abhinc annis et fervide optabant\*), ut indigenarum plantarum qualitates et usus magis inquirerentur.

)( 3

Ad

\*) Videantur *Acta Societ. Philos. Americ. Vol. primum.*

Ad id impetrandum autem Rei herbariae notitiam imprimis necessariam esse, nemo inficias ibit, nisi qui coeco quodam modo experimenta capere velit, vel capta cum aliis communicandi, et corpora de quibus agitur rite determinandi, omnino incurius sit. Sic jamdudum inter *Medicinae Obstacula* recensuit Illustr. a LINNE', Medicorum et Pharmacopoeorum inscitiam in re botanica, ignorationem classium naturalium et Euporistorum neglectum \*). Cum itaque, colligendo plantas Americae medicinales, plus fecissem quam ullus ante me, et latiore earum notitiam nactus essem, animum cepi in ipsa America, catalogum illarum occasione data publici juris faciendi; in eo etiam proposito, a plurimis Amicis Americanis, incitatus verbis et litteris fui. Ad id tamen perficiendum negotium mihi in itinere per Americam constituto, otium et opportunitas nulla fuit; dum simul destitutum me videbam necessariis adminiculis ad sistendam, quatenus liceret, absolutam Materiae Medicae Americanae historiam. Cognitum enim mihi erat, jamdudum *Observationes quasdam, de viribus et usu variarum Amer. Sept. plantarum a BARTRAMO consignatarum* \*\*) publici juris fecisse Illustr. a LINNE'; nec latuit CLAYTONIVM, in Flora Virginica, COLDENIVM in Flora Nove-

\*) Vid. Dissert. huius tituli, Amoen. acad. Vol. III.

\*\*) Specifica Canadensia. Amoen. academic Vol. IV. Diss. LXXII.

Noveboracensi \*), KALMIVM in itinero suo, CATESBAEVVM in historia Stirpium Carolinae, et ANONYMVM quemdam de Plantis Georgiae \*\*), ut alios taceam, calculos suos adjecisse, quorum observata et annotata conferre, meisque addere in rem fore credidi, ut omnem, quam de viribus et usu plantarum Americanarum, e vivis et mortuis colligere liceat notitiam, simul exhiberem.

Hasce igitur pagellas, si Medicinam in America profitentibus, et civibus americanis in universum, gratas esse mihi subblandior, easdem et Medicis Europaeis utiles esse quodammodo spero. Multa certe debemus et nobilia medicamenta, occidentalibus illis regionibus, utriusque nempe Americae, quorum nonnulla adeo familiaria et trita nobis facta, ut illis forte Medicorum Europaeorum nullus carere vellet. Horum autem cognitio plura noscendi desiderium, et majores expectationes continue commovebat, ut quaecumque ex illa orbis parte afferebantur, ambabus semper manibus acciperentur. Gratum ex hac caussa habebunt Medici et Scientiae Naturalis Cultores Europaei, Syllabum hunc, uno intuitu, quaecumque in vastis illis terris Septentrion. Am. hucusque innotuere medicinas exponentem. Omnes certe hae non sunt; latet enim

)( 4

enim

\*) In Actia Holmiensibus.

\*\*\*) Hamburg. Magaz. Vol. XVIII.

enim adhuc partium interiorum cognitio plenaria; nec aliquarum notitiam me fugisse negabo. Licet porro haec simpliciam remotarum terrarum notitia commodum vel utilitatem medicis Europaeis absolutam spondere non videatur, calculum saltem adjecisse sufficiat ad cognitionem generalem herbarum in hominis commodum creatarum. Sed, si eas me solummodo nominare debuisse plantas, moneret Censor iniquus, quarum Viri supra laudati mentionem nullam fecere, et quas novas addidi, tunc nec uni, nec alteri parti me satisfacisse luculenter apparebit. Exigebat enim instituti ratio, ut nomina, qualitates et vires etiam illarum plantarum, quae nobis in Europa iam ad amussim cognitae sunt, denuo et verbotenus insererentur. Brevioribus autem et concisioribus, quam quae Ill. LINNAEI *Materia medica* habet verbis hoc vix fieri potuisset; eos itaque integros titulos huc transcribentem, stulti plagiarii contumelia me non assequitur. Quoniam brevitatis simul et perspicuitatis ratio habenda erat, methodum Linneanam in reliquis quoque sequi ratum habui; disjunctis ideo lineis, Nomen Specificum, Synonyma, Loca natalia, Pharmacopoeorum Nomen, Qualitates, Vires et Vsus indicavi.

Quae et qualia accepi reddo. Assertorum veritatem experiendo vel observando evincere omnino non potui. Nec negabo, esse forsitan inter plantas recensitas, aliquas quarum usus expectationi



tioni et pollicitationi minus satisfaciant; plurimas tamen dictam de se laudem effectu sustenturas esse non dubito. Ulteriore ergo hujus rei indaginem, Medicis Americanis, quibus et opportunitas datur, et Medicinae, Patriaeque commodum curae cordique esse debet, etiam atque etiam commendatam esse volumus. Absentibus interea et posteris me consulturum credidi; *enumerando* herbas quarum commendata est virtus; *efficiendo* ut quae profuisse olim jam comperta sunt, oblivioni eriperentur; *divulgando* domesticas medicinas, paratas vulgo, inventu faciles et sine impendio; *dirigendo* Americanorum attentionem in bona sua indigena; *demonstrando* tandem, quantum Medici, bene nosse plantas indigenas, intersit. Videbunt enim Americani, ex vasta hac Simplicium suorum designatione, se facile si vellent, nisi omnibus, saltem plurimis peregrinis carere posse medicinis. Tot enim et tam diversas eorum Terrae gignunt et producunt plantas, pro ratione situs et soli, ut quotcunque remedia ad rationalem medicinam exercendam desiderantur, paucissimis exceptis, ex proprio gremio desumi possint. Nam illarum regionum situs, ab extimo Septentrione, Austrum versus extensus, in continente Americae Septentrionalis magis, quam in ullo alio, omnia climata et omnium climatum plantas conjungit. Quae naturalis conjunctio magis adhuc proficit, inde quod Coloniae Orientem spectantes, veluti

uno sanguine natae, eadem lingua, legibus moribusque utantur, unde et mercaturarum et litterarum mutuum commercium omnino facilitatur, et fructuosissimam studiorum, inventorum et notitiarum vicissitudinem sperare jubet.

Praeter plantas Americae hic enumeratas, plurimis certe, nisi omnibus indicationibus sufficientes, exotica nonnulla necessaria forte videbuntur ad omnes absolvendos numeros. Sed pauca sunt. Dabit igitur America Meridionalis vicina, et Indiae occidentis Insulae:

Chinae Corticem, Ipecacuanhae radicem,  
Vanillam, Zingiberis radicem, Costum dulcem,  
Piper nigrum et longum, Cinnamomum.

Ex India orientali, aliisque locis petenda:

Camphora, Caryophyllus aromaticus, Cinnamomum, Benzoë,  
Copaiva, Moschata, Myrrha, Gummi ammoniacum.

Alia quaedam ex Europa, ob commercii opportunitatem, hucusque desumuntur. Sunt autem et inter haec, quae re vera Americanis necessaria pronuntientur *paucissima*, quae tempore futuro facile omnia, in ipsis Americae hortis abundanter et parvo sumtu coli poterunt, ubi varietas coeli et soli nihil excludit. Ejusmodi sunt:

Cro-

Crocus, Manna, Mastix, Oliva, Opium, Rhabarbarum.

Sed et horum quibusdam, apta substituenda tempus indicabit forte, nisi ut certe fieri aliquando potest, aliquibus vel plurimis vacare didicerit medicus rationalis.

Extant porro in America plantae complures aliae, quae ob qualitates odoris et saporis vires medicas promittunt, etsi ut medicamenta nondum in usu sint; ex quarum numero sequentes tantum nominasse sufficiat:

*Salvia urticifolia.* Linn. Horminum sylvestre odoratum. Clayt.

*Ammi lacinulis foliorum capillaribus, caule angulato.*

*Odore Cumini.* Gr. virg. ed. n. 42.

*Sium rigidius.* L. Pimpinellae species aquatica foliis odoratis. Clayt. n. 279.

*Smyrniium integerrimum.* L. Umbellifera ignota, foliis odore grato praeditis. Clayt.

*Erythronium Dens Canis.* L. *Dogs Tooth*; cuius radices lacte vel jusculo carnis coctas edunt Tatari Sagaytici; aphrodisiacas esse credebat Dioscorides; Taeniam evacuare dicuntur.

*Lamium amplexicaule.* L. folio foetido. Clayt.

*Clinopodium incanum.* L. *Mountain - Mint*; odorem spirans gravem, aromaticum.

*Trichostema dichotomum.* L. odore grato balsamico.

*Chelone hirsuta.* L. odore foetido. Clayt.

*Arabis foliis ovatis.* Gr. virg. ed. n. 99. Tota planta cochleariae sapore praedita. Clayt.

*Lactuca canadensis.* L. amara, lactescens.

Gna

*Gnaphalium purpureum.* L. folia odore resinoso. Clayt.  
*Erigeron canadense.* L. Tota planta est odorifera. Clayt.  
*Solidaginis* species, foliis linearibus; quae trita *Anisum*  
*spirant.*

*Tetragonotheca helianthoides.* L. radice crassa odorata;  
 Mellon-Apple-flower. Clayt.

*Helianthus laevis.* L. folia odore grato praedita. Clayt.  
*Violae* variae, quarum radices forte vi purgante s. emetica  
 praeditae inveniuntur, uti plures hujus generis species.

*Typha latifolia.* L. Ob *dulcedinem* hanc plantam pap-  
 pis setisque refertam, pauperes in deliciis habere,  
 refert Clayt.

*Urtica pumila.* L. Planta odore grato. Clayt.

*Ioa frutescens.* L. Cortex odore Sambuci nigrae.

*Acnida cannabina.* L.

Attentionem quoque merentur variae Palmarum  
 Species, cultae et spontaneae.

Harum itaque ulteriorem investigationem  
 Medici americani commendatam sibi habeant;  
 ea tamen cura, ut *quae applicant* et quo suc-  
 cessu, observent sollicite. Novis sic experiundo  
 remediis ditescent. Est autem notatu dignum,  
 earundem plantarum vires, sub calidiori frigi-  
 diorique coelo crescentium, exaltari diminuive,  
 ut in variis plantis americanis compertum ha-  
 bemus; experimenta igitur repetita et dissitis in  
 regionibus instituenda sunt, ante quam de plan-  
 tae cujusdam jactatis virtutibus judicium fe-  
 ratur.

Sunt

Sunt adhuc aliae, quae nostratibus (Europaeis) FORTE substitui possent, si tales desiderarentur. e. g.

Gratiola virginica. <i>L.</i>	LOCO Gratiolae officinalis. <i>L. m. m. 82.</i>
Cyperus odoratus, compressus, strigosus.	— Cyperi longi, rotundi. <i>L. m. m. 103. 104.</i>
Lithospermum virginianum	— Lithospermi officinalis. <i>L. m. m. 131.</i>
Ophiorrhiza Mitreola. <i>Gr. virg.</i>	— Ophiorrhizae Mungos. Serpentina rad. <i>L. m. m. 144.</i>
Lonicera sempervirens.	— Lonicerae Periclym. s. Caprifolii. <i>L. m. m. 153.</i>
Ligusticum scoticum.	— Ligustici <i>Levistici.</i> — 211.
Parnassa noveboracensis.	— Parnass. palustr. s. Hepaticae albae. <i>L. m. m. 240.</i>
Lilium superbum, canadense	— Lillii candidi, s. lillii albi. <i>L. m. m. 250.</i>
Saxifraga pensylvanica.	— Saxifragae granulatae s. albae. <i>L. m. m. 318.</i>
Lythrum verticillatum.	— Lythri <i>Salicariae.</i> — 329.
Aquilegia canadensis.	— Aquilegiae vulgaris. <i>L. m. m. 384.</i>
Anemone quinquefolia.	— Anem. nemor. s. Ranunculi albi. <i>L. m. m. 390.</i>
Clematis virginiana.	— Clematid. rectae, s. Flammulae Iovis. <i>L. m. m. 591.</i>
Pedicularis canadensis.	— Pedicul. palustr. s. aquaticae. <i>L. m. m. 431.</i>

Galega virginica.	LOCO Galegae officinalis. <i>L. m.</i> <i>m.</i> 483.
Hypericum canadense	— Hyperici perforati. <i>L. m.</i> <i>m.</i> 492.
Tragopogon virginicum.	— Tragopogi pratensis. <i>L. m.</i> <i>m.</i> 493.
Gnaphalium plantaginifol.	— Gnaphalii dioici. <i>L. m. m.</i> 517.
Doronicum. <i>Gr. virg.</i> 126.	— Doronici pardalianch. <i>L.</i> <i>m. m.</i> 524.
Orchis ciliaris.	— Orchid. bifoliae et Morionis, vel Satyrii et Salep radicum. <i>L. m. m.</i> 543. 544.
Menispermum canadense.	— Menispermi Cocculi. (indici) <i>L. m. m.</i> 603?
Cissampelos smilacina.	— Cissamp. Pareirae (bravae) <i>L. m. m.</i> 607.
Andropogon aliquod.	— Andr. Schoenanthi s. Nardi. <i>L. m. m.</i> 612. 613.
Polypodium virginianum.	— Polypodii vulgaris. <i>L. m. m.</i> 631.
Lycopodium rupestre.	— Lycopodii (musci) clavati. <i>L. m. m.</i> 634.

Bahamenses Insulae, strictiori sensu ad Americam quidem septentrionalem non pertinent; attamen cum varia et praestantiora quaedam suppedient Medicamina, haec ut insererentur non abs re fore credidi; id enim excusabit vicinitas, et facile et constans inter illas partes commercium, deinde climatam, et naturalium commodorum, similitudo, quam

quam australiores Floridae partes cum illis insulis habent. Protenditur enim Floridae peninsula ad 25 Grad. latitudinis, et plurimae Insulae Bahamenses sub eadem, et altiori adhuc, latitudine jacent. Observandum quoque, quod Continens Americae Septentrionalis, secundum divisionem geographicam, includat etiam Isthmum illum Sinum Mexicanum inter et Mare pacificum, Provinciam nempe Mexicanam et alias; ut itaque, si sensu latiori rem sumere placuisset, multo plures, quas Zona torrida alit, plantas, catalogo nostro inseri potuissent. Sed nimiam evitandi studens prolixitatem, me illis tantum adstrinxi regionibus, quas ipse quoad majorem partem permigravi.

Nomina plantarum vulgaria anglicana omni cura collegi, ut iis etiam proficius sim, qui botanica abhorrent; ast tam varia sunt in diversis partibus, et vacillantia, ut diversis plantis saepe adponantur nomina eadem, iisdemque saepe diversissima. Plantas nonnullas obscuras, et quarum nomina trivialia tantum accepi, omni studio extricare annisus sum, ut nomen systematicum pro certiori indagine habeatur; et hoc in labore maxime adstitit Ill. SCHREBERVS, cuius, pro summa qua in me semper usus est, quamve gratus semper venerabar, benevolentia, debitam mentionem facio.

Ex recensitis medicinis, quasdam casus detexit, dira necessitas alias, alias iterum Europaei Americam adeuntes ex analogia in usum vertebant. Plures tamen et praestantiores quaedam, *Indigenis Americis* debentur, qui vel sponte, vel amicitia pretiove allekti, colonis Europaeis easdem indicarunt. Multo plura autem et eximia adhuc ad varios morbos *specifica* iisdem *Indigenis Americanis* nota et familiaria esse, (quorum revelationem autem omni studio evitare dicuntur) in America ubique fere creditur. Nescio tamen quonam jure. Paucissima enim, si ulla, ex illorum remediis, specificorum nomine honorari merentur; particularibus enim indicationibus respondent; sic e. g. Antisyphilitica illorum, maximam partem, diuretica, sudorifera, vel drastica sunt. Medicinam plane empiricam exercent, nunc omnino optatissimo et mirando effectum, nunc summe contrario, cujus autem varias et obvias rationes, ex consideratione constitutionis, consuetudinum, vitae et dietae generis et dosium magnarum facile patet, id quod ulterius dilucidandi hic locus non est. In universum autem, medendo variis morbis illos feliciores nobis esse, sustinere nemo potest, licet nonnulli id persuasum sibi habeant. Contra Crotali s. Caudisonae Morsuram tot et qualitatibus suis adeo dissimiles commendantur herbae, ut plurimarum certe fidem et efficaciam suspectam habere debeamus, idque

eo



eo magis, cum experientia satis evictum sit, letalitem vel malignitatem talium vulnerum nimium variare secundum regionum, anni temporum, partium vulneratarum aliarumque multarum caussarum diversitatem, ita ut nil mali eveniat interdum, etiam omni neglecta medicina; ex altera parte autem negari non potest, easdem plantas, qualitates medicas omnino spondere utiles et investigatione ulteriore dignas; ideoque nullam omittere volui.

Loca plantarum natalia certiora tantum adposui, majorem illarum tamen numerum, vel omnes vel plurimae saltem Provinciae, communem habent; ubi unica igitur tantum indicata est provincia, eandem plantam in aliis quoque provenire ideo non negatur; quas vero in provinciis disjunctis, e. g. Canada — Virginia, vel Pennsylvania — Carolina habitare dixi plantas, easdem in omnibus quoque interjacentibus provinciis provenire, facile intelligitur.

Quae appendicis loco dantur nomenclaturae, simplicia sistunt ex regno animali et minerali Americano petenda, tam obsoleta quam usitata et in materiis medicis vulgo recensita. Videant Americani, et in his sibi fere sufficientem esse Patriam, licet horum regnorum divi-

)(

tiae,

tiae; mineralis praesertim, parum hucusque investigatae sint.

Dabam Baruthi die XXVI. Septembr.  
cIo Io cclxxxvi.





CLASSIS I.

# MONANDRIA.

## MONOGYNIA,

- I. SALICORNIA *herbacea patula*, articulis apice compressis, emarginato bifidis. *Linn. Spec. pl. 5. mat. med. 1. virginica.* — *Kelp. Glas-schmalz.*  
S. caulium ramorumque articulis apice bicornibus. *Gron. Fl. virg. 129. id. alt. 1.*  
LOC. Americae littora maritima. *Annua.*  
PHARM. *Salicornia* Herba. Soda.  $\ominus$   
QUAL. salsa; (hinc a pecoribus expetita.)  
*Culinaris, Rarior.*  
VIS: antiscorbutica, appetitum excitans. (Sal corrosivum.)  
VSVS: Scabies, Abscessus, Scelotyrbæ, Hyper-sarcosis  
COMP. Sapo venetus, Sal Seignette, Fel vitri,



## CLASSIS II.

# DIANDRIA.

## MONOGYNIA.

2. **LIGVSTRVM** *vulgare*. *Linn. Sp. pl.* 10.  
*Mill. Dict.* — *Privy. Rainweide*.  
 LOC. Noveboraci et Infulae longae colles, fruteta.  
*Frutex, vulgaris*.  
 PHARM. *Ligustri* Folia, Baccae.  
 QUAL. amariuscula, ingrata.  
 VIS: subadstringens.  
 VSVS: Angina, Labarium, Odontalgia, aliique oris et faucium morbi.  
 COMP. Gargarifmata.  
 Pigmentum purpureum vel nigrum, diversa praeparatione praebent baccae.
3. **OLEA** *europaea* foliis lanceolatis. *Linn. Sp. pl.* II. *mat. med.* 79. *Mill. Dict.* — *Olive-tree. Oelbaum*.  
 LOC. Georgia, Carolina. *Arbor, cicur*.  
 PHARM. *Olivae*, (fructus) conditae. ⓪.  
 QUAL. ⓪ pingue - blandum, infpidum, inodorum; *Conditae*, austerae.  
 VIS: ⓪ obtundens, emolliens. *Condit.* tonica, stomachia.  
 VSVS: Venena, Colica, Dysenteria, Rheumatismus, Tenesmus, Tussis, Morsus Canis rabidi.
4. **SY-**  
 3. Americana oleum vix praebet. Europaea autem facile crescit in provinciis australioribus, hyemesque bene fert intacta; de oleo exprimendo nulla adhuc experimenta facta. *Hamb. Mag. XVII. 489.*

4. SYRINGA *vulgaris*, foliis ovato - cordatis.  
*Linn. Sp. pl. p. 11. Mill. Dict. — Lilac,*  
*Pipe - tree,, Queüe de Renard.*

In hortis colitur, cicur.

Ex ligno, cum aqua defillato, obtinetur ☉ butyraceum, odore oleo Ligni Rhodii vel Santali flavi simili; infusum aquosum flavescens, odore grato balsamico; Tinctura spirituosa amaricans, evaporatione extractum Sanguini Draconis simile sistit.

5. CIRCAEA *tutetiana*, caule erecto, racemis pluribus. *Linn. Sp. pl. 12.*

*Circaea canadensis latifolia, flore albo. ibid. Gr. virg. ed. n. p. 2.*

LOC. Canadae, Noveboraci nemora, fruteta umbrosa. *Biennis.*

Radices colore flavo tingunt. Folia, in cataplasmatibus forma, ad Condylomata haemorrhoidal. externe, et infusum interne laudantur; (uti *Circ. alpina.*)

6. VERONICA *virginica*, spicis terminalibus foliis quaternis quinisque. *Sp. pl. 13. Amoen.*

*acad. 4. p. 519. 521. Gr. virg. 4. ed. n. p. 2.*

*Cold. noveb. 3. Mill. Dict. — Indian Physic, Physic-root, five leaved Wort, Indian Queatel,*

LOC. Pascua aprica. *Perennis, vulgaris.*

PHARM. *Veron. virg.* Radix. Decoct. rad. Manip. j. in lactis Libr. sem.

QUAL. amara.

VIS: purgans! emetica.

COMP.

VERONICA *officinalis*, spicis lateralibus pedunculatis, foliis oppositis, caule procumbente. *Linn. Sp. pl.* 14 *Mat. med.* 80.

Plantam huic simillimam in pascuis aridis, circa Libanon Pennsylvaniae, vidi. —

VIS: Veron. officin. adstringens, vulneraria, tonica.

VSVS: Cachexia.

7. VERONICA *Beccabunga*, racemis lateralibus, foliis ovatis planis, caule repente. *Linn. Sp. pl.* 16. *Mat. med.* 81.

Veronica foliis oppositis laevibus crenatis, floribus laxè spicatis ex alis. *Gr. virg. p.* 4. *ed. nov. p.* 2. *Mill. dict.*

LOC. Noveboraci, Virginea scaturigines.

*Perennis, frequens.*

PHARM. *Beccabungae* Herba, Conferva, Aqua.

QUAL. subinsipida, inodora, oleracea.

*Rarior, superflua.*

VIS: diuretica, discutiens?

VSVS: Scorbutus, Obstructiones Viscerum.

8. VERBENA *urticifolia*, tetrandra, spicis filiformibus paniculatis, foliis indivisis ovatis serratis acutis petiolatis. *Linn. Sp. pl. Mill. Dict.*

Verbena foliis ovatis, caule erecto, spicis filiformibus paniculatis. *Gr. virg. 7. ed. nov. p.* 4.

LOC. Canadae, Noveboraci, Virginiae arida.

*Biennis, cicur.*

PHARM. *Verbenae* Herba, Radix.

QUAL. Rad. amaro - adstringens. Herba insipida, inodora.

VSVS:

vsvs Radix, simul cum cortice interiore *Quercus albae*, lacte et aqua decoct., felici successu ad Erysipelas venenosum a *Toxicodendro* causatum adhibebatur in Castris Americanorum. Praestabat saepe, post Aqu. vegeto-mineral. frustra adhibitam.

Herba sub nomine *Purvain*, incolis Marilandiae in usu est.

9. LYCOPVS *virginicus*, foliis aequaliter serratis. *Linn. Sp. pl.* 30. *Gr. virg.* 8. ed. n. p. 5. *Mill. Dict.*

LOC. Noveboraci, Virginiae, campi aridi, fylvatici.

QUAL. Semina nitentia odorem balsamicum terbinthinatum spirant; folia odore debiliora, cum Vitriolo Martis colorem nigrum praebent.

10. CVNILA *mariana*, foliis ovatis serratis, corymbis terminalibus dichotomis. *Linn. Sp. pl.* 30. *Satureja organoides. Sp. pl.* 1. 568. — *Wild Basil; Dittany.*

*Thymus* foliis ovatis acuminatis serratis, corymbis lateralibus terminalibusque pedunculatis. *Gr. virg.* 64. *Ed. n.* 88.

LOC. Pennsylvaniae, Marylandiae, Virginiae sicca. *Biennis.*

## A 3

## PHARM.

10. *Caulis* acute quadrangulus, ramofus. *Folia* subsessilia, ovata, acuta, ferrata. *Corymbi* terminales et axillares dichotomi, *pedicellis* capillaribus, *bracteolis* linearibus. *Cal.* cylindr. 5-fidus, laciniis brevibus aequalibus acutis; 10-striatus, pilis nitentibus. *Os* calycis villosum. *Semina* quatuor.

PHARM. *Cunilae marianae* Herba.

QVAL. fragrans, spirans, odore Ocimum referens.

VIS: excitans, nervina.

VSVS: Febres intermittentes; Cephalalgia; succus expressus cum lacte ad morsuram serpentum.

11. *CUNILA pulegioides*, foliis oblongis unidentatis, floribus verticillatis. *Linn. Sp. pl.* 30. *Melissa pulegioides. Sp. pl.* 1. 593. — *Pennyroyal.*

*Melissa* floribus verticillatis glomeratis secundum longitudinem caulis, foliis tomentosis. *Gr. virg.* 167. *Ed. nov. p.* 90. *Cold. noveb.* 143. *Kalm. it.* 2. p. 314.

LOC. Canadae, Noveboraci, Virginiae sicca  
*Annua, vulgaris.*

PHARM. *Cunilae pulegioidis* Herba.

QVAL. spirans.

VIS: pellens, carminativa, resolvens, pectoralis, antispasmodica, diaphoretica.

VSVS: Palpitatio! Febres, Arthritis.

COMP. Infusum, Cataplasma.

12. *MONARDA fistulosa*, capitulis terminalibus, caule obtusangulo. *Linn. Sp. pl.* 32. *Am. acad.* 4. p. 533. *Mill. Dict. t.* 122. f. 2. *Corn. canad.* 13. t. 14. *L. mat. med.* 84.

*Monarda mollis. Linn. Amoen. acad.* 3. p. 399.

LOC. Canada. *Perennis, cicur.*

QVAL. spirans, amara.

VIS.



VIS: resolvens, nervina; tonica.

VSVS: Febres intermittentes.

13. MONARDA *didyma* floribus capitatis subdynamis, caule acutangulo. *Linn. Sp. pl.* 32. *Mill. ic.* 122. f. 1. *Cold. noveb.* 7.—*Oswego the.*

LOC. Nova Anglia, Noveboracum, Pennsylvania. *Perennis.*

QVAL. Folia contrita spirant odorem gratum, reficientem.

VSVS: Febres intermittentes Infusum foliorum.

14. SALVIA *officinalis*, foliis lanceolato - ovatis integris crenulatis, floribus spicatis, calycibus acutis. *Linn. Sp. pl.* 34. *Mat. med.* 86.—*Sage.*

Salvia major, et minor aurita et non aurita. *Baub. pin.* 237.

LOC. Colitur in hortis. *Perennis, cicur.*

PHARM. *Salviae* Herba, ▽, ∟, °°, Fl. Sem.

QVAL. spirans, amaricans.

VIS. tonica, nervina, stomachica, uterina.

VSVS. Languor post febres, Galactorrhoea post ab lactationem, Aphthae, Relaxatio Gingivarum, Cibi.

15. COLLINSONIA *canadensis*. *Linn. Sp. pl.* 39. *Amoen. acad.* 4. p. 514. *Mat. med.* 89. *Cold. noveb.* 8. *Kalm. it.* 2. p. 317.—*Horseweed.*

Collinsonia floribus pallide luteis: foliis ovato - oblongis acute serratis. *Gr. virg. ed.* n. p. 6.

LOC. Canada, — Virginia; nemorosa. *Perennis.*

PHIRM. *Collinsoniae* Radix; Flores.

A 4

QVAL.

QVAL. Rad. nidorosa: florum odor gratissimus, vehemens.

VIS:

VSVS: Colica lochialis; Morsura serpentum; Vulnera; Febres (Dumb fever). In doloribus rheumaticis, artus foliis fricandi. Vulnera Equorum (Gall'd Backs.)



CLAS-

Schoff, JD

# 16121

Lloyd Library and Museum, Cincinnati

BULLETIN No. 6. 1903. REPRODUCTION SERIES. No. 3

BULLETIN  
of the  
LLOYD LIBRARY  
of  
BOTANY, PHARMACY AND  
MATERIA MEDICA

J. U. & C. G. LLOYD  
CINCINNATI, OHIO

REPRODUCTION SERIES. No. 3

MATERIA  
MEDICA  
AMERICANA  
POTISSIMUM  
REGNI VEGETABILIS  
ERLANGAE

Sumtibus 10. Iac. Palmii

MDCCLXXXVII



THE ARMY MEDICAL DEPARTMENT

WI  
LL 564  
no. 6  
1903

anal.

Copyright secured according to law.

002

## JOHANN DAVID SCHÖPF.

By EDWARD KREMERS, for this Lloyd Library Bulletin.

The author of the "Materia Medica," reproduced in this number of the "Bulletin of the Lloyd Library," was born March 8, 1752, in Wunsiedel, a small town in Bavaria, but then belonging to the independent margraviate Baireuth, the same village which eleven years later became the birthplace of one of Germany's great men of letters, Jean Paul Richter. His early education he received in Wunsiedel and in the gymnasium at Hof. At the age of eighteen he matriculated in the University at Erlangen, which had been founded by the Margrave Carl Friedrich Wilhelm of Ansbach in 1743. In addition to medical studies he pursued the natural sciences, more particularly botany, zoology, and mineralogy. Johann Christian Daniel Schreber, known as the second Linneus, who was Professor of Medicine and Director of the Botanical Garden, was his teacher. After the completion of the triennium he was given the doctor's degree, in 1773, the title of his dissertation being: "De medicamentorum mutatione in corpore humano praecipue a fluidis."

He was not content, however, to settle down to the practice of medicine, but continued his studies at the University at Berlin. Among other studies, he attended a course of lectures on forestry. In order to supplement his university studies, he undertook, in 1774, a lengthy tour through the "Erzgebirge," Bohemia, to Prague, Vienna, Idria, Trieste, Venice, and Padua. At all times and places he endeavored to increase his knowledge of medicine and the natural sciences, and to make the acquaintance of scientific men. The return voyage was made through Switzerland. At the age of twenty-five he settled down at Ansbach, but his heart's desire was to see still more of the world, and we find him planning a trip to India, when an event occurred that caused him to change his plans, and, fortunately for our early American materia medica, directed his steps to the new world.

The Declaration of Independence struck no responsive cord in the hearts of some of the rulers of the petty principalities of that geographic conception then known as Germany. Some of these, "fathers" of their countries sold their subjects to England to be sent to this country for the purpose of subjecting the rebellious colonists. On this side of the Atlantic they are commonly known as the Hessians. Of the 30,000 mercenaries thus sold, Christian Friedrich Carl Alexander, Margrave of Ansbach, who was sorely in debt, contracted to supply 1,285 men. This was early in 1777, at the time Schöpf was planning his trip to India.

These soulless transactions were not only denounced by the people of Germany, but were made a stench in the nostrils of the guilty petty princess by the

greatest ruler in Germany during the eighteenth century, Frederick the Great, of Prussia. Later this same monarch was the first to recognize the new government of the thirteen colonies. It is a moment of satisfaction therefore, to the German pharmaceutical historian,\* to be able to offset, in part at least, this mercenary transaction, by the fact that it brought to the shores of the new world so well prepared a natural scientist as Schöpf, to whose writings we are indebted, as possibly to no others, for a scientific knowledge of our flora and the early uses of our medicinal and economic plants.

The contract of his Margrave with the English ambassador caused Schöpf to change his plans. Instead of going to India he applied for the position of field surgeon with the Ansbach troops. The contract had been signed February 1, 1777. The troops were hurried down the Rhine, were shipped from Dortrecht to Portsmouth, England, and thence to America, arriving at Staten Island June 4th.

For six long years Schöpf attended to his duties as army surgeon. As he himself relates, he had seen, in addition to a small portion of Staten Island, only Rhode Island, Connecticut, and Philadelphia. Though by no means idle, even as naturalist, his curiosity as traveler and student of nature was by no means satisfied. So, when the war ended in 1783, he obtained permission to remain for the purpose of travel and study.

In the company of an Englishman, named Hairs, he began his travels July 22, 1783. From New York they crossed Jersey to Philadelphia, thence they went via Bethlehem into the Alleghanies, to Pittsburg, the country on the Ohio River, and to Kentucky. In October, when his companion left him, he returned via Sheppardstown, Baltimore, and Annapolis to Philadelphia.

During the next month he started on his southern tour through Virginia, North and South Carolina to Charleston. Here he remained two months and then went to eastern Florida. After a stay of several weeks at St. Augustine he sailed to the Bahama Islands. He visited several of these islands, making Nassau, on the island of Providence, his principal stopping place. He left for Europe, June 4, 1784, on the small vessel Hero, laden with mahogany, brasiletto, guaiac wood, pineapples, and live turtles. After a thirty days' trip, not without danger, the little craft arrived in English waters, and several days later sailed up the Thames. Schöpf continued his home journey leisurely through southern England and France, arriving in Baireuth in October, 1784, after an absence of almost eight years.

In the following year he was appointed court and military physician. When, in 1791, Ansbach-Baireuth was ceded to Prussia, he continued to hold offices under the new government. Among the several positions which he filled was that of first Inspector of the "Hofapotheke," at Ansbach. He died before he had reached the age of fifty, September 10, 1800, after a protracted throat trouble. Though early lost to science, he was himself spared the experience of

\* Hermann Peters: Johann David Schöpf. Ein deutscher Naturforscher des vorigen Jahrhunderts in Nordamerika.—*Pharm. Rundschau*, XIII, p. 151.

living through the darkest days of Prussia, when Germany was overrun by French troops, and when Napoleon played havoc with the petty princes and potentates.

After his return from America, between the years 1785 and 1800, Schöpf made two trips, one to Italy, the other to Holland, but his leisure hours were devoted primarily to literary scientific activities. The number of prints left by him are considerable. While yet in America he had sent essays to his scientific friends, which were published in several German periodicals. As soon as he had settled down quietly in Baireuth, he began to work over his studies and observations. It is but natural that, as a medical man, he should first take up that phase of his work which most appealed to him as physician. The result was a list of North American medicaments published in the Latin language under the title: "Materia medica americana potissimum regni vegetabilis. Erlangae; sumtibus Joh. Jac. Palmii, 1787," which is reproduced in this number of the "Bulletin."

